



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Provincia Germania Superior.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66514)

314
PROVINCIA
GERMANIA
SUPERIOR.



N superiore Germania socios vniuerse censuimus ducētos octoginta vnum. Domicilia tredecim. ea sunt Collegia nouem. Ingolstadiense, Dilinganum, Monachiense, Augustanum Ratisponense, Oenipontanum, Halense, Lucernense, Friburgense, vna probationis Domus Lansperga, dua Residentia Bruntutana Oetingensis, vna Missio Constantiensis. singulorum locorum numerum non adscribimus, quoniam neque explicatus est in commentario, qui inde missus in Urbem. in Societatem adscripti septēdecim. vita fundi tres. In his Monachij P. Gulielmus Helderer post curriculum annorum duorum, & quadraginta feliciter in societate confectum, primus humatus est in nouo Templo. Ambianum deductus è castris Gallicis cessit è vita P. Georgius Hippius. prope omnes summa pietate sibi deuinxerat. nam proprij corporis oblitus, Deo setotum, & proximis impendebat. surgebat saepe de nocte, saepe de mensa, non modo vt milites moribundos adiuuaret, sed vt egrotos

GERM. SUPERIOR. 119

egrotos inuiseret, vel mortuos sepeliret. Vir
planè admirandus propter eximiam hilarem-
que charitatem, quam in ipsa morte non du-
biam ostendit, nam cum videret socium suo
morbo commotum, & quærentem num illi ali-
qua re opus esset, quid, inquit, opus esse potest
homini paulo post Deum habituro? quid mihi
mestitiam præfers? quin gratularis potius.
præstolanti tantum bonum? tum eum arctissi-
mè complexatus, vale, inquit, frater carissi-
me, & pro me Deum venerare, qui me vocat.
deinde sæpius iterans suavisimum nomen
I E S U ad superos vti confidimus euolauit.
Dilingæ obiit socius, qui extrema hora ad se
introduci iubet adolescentes quibus erat præ-
fectus; & opinione virtutis, & oratione pru-
denter habita eo loco, eo tempore vniuersis
extorsit lacrymas, & magnum iniecit beneui-
uendi desiderium. Vir fuit raræ prudentiæ, re-
raque deuotionis, easque in vita, & in mor-
te præ se apertissime tulit.

Quæ gesta sunt in procuranda sa-
lute proximorum.

M Vlti exusti libri, vasa veneni hereti-
ci. ea labe Deus per Societatem abluit,
Lucernæ duo de viginti, Dilingæ duo de trigin-
ta Ingolstady quinquaginta, Augusta trigin-

H 2 8a, Ra.

116 PROVINCIA

ea, Ratisbonę viginti, vno plus Friburgi.

Ratisbonę instituta Congregatio B. Virginis. Quidam ita aestuabat desiderio Sodalitij Ingolstadiensis, vt quamuis sanguineam pituitam propediem moriturus euomeret, corpore esset egerrimo, totusque contremisceret; tamen designato die, baculo innixus traxerit se ad conclauę sodalium. receptus in Virginis Matris chorum salubriore ex eius vberibus lacte e potu præter omnium spem cum miraculo plane conualuit.

Varia facta missiones præsertim a Ratisbonensibus, à Dilinganis, ab Ingolstadiensibus, in oppido quodam indignissima superstitio eradica- ta est: nam die Sancto Parasceues cum imago Christi de Cruce pendentis populo veneranda proponitur accurrebant omnes, præsertim mulieres ouis, caseo, lardo, & id genus exculentis vana religione omnes penitus partes Crucifixi certis vicibus admirabiles quosdam euentus contrectabant.

Ad Gallie bellum iussu Pontificis missi tres è nostris, vsi tanta charitatis exercenda materia; vt alia multa præteream, quę pertulerunt quæque effecerunt, ad ouile Ecclesię reduxerunt quadraginta.

Ali-

Aliquorum studia, & beneficia in Societatem.

Ingolstadij laxata angustia domestica per
 ampla fabrica extructa ad Collegiū. Bru-
 truti crescente numero discipulorum, Magi-
 stratus egregiam fabricam scholis prioribus
 adiecit. eandem, cum non satis exiccata pon-
 dere tecti corruisset, iterum hac ipsa astate ere-
 xit. piorum munificentia templo Lanspergēsi
 donata munera aureorum plus quingētorum.
 Dilingano plus duorum millium. Augustano
 pro venerabili sacramento corona grauis au-
 ro, gemmis, atque opere illustris.

Hic apud nos ad rem christianam promo-
 uendam magnum habet momentum videre so-
 cietatem esse in precio apud viros Principes.
 huc illa pertinent. Ducissa Augusta Lotarin-
 giæ cum hac iter faceret, non modo Collegium
 inuisit, sed in tēplo nostro publice magna mul-
 torum admiratione, magno exēplo expiatio-
 nis, & corporis Dominici sacramēta suscepit.
 Illustrissimus Fuggerus nostrorum opera præ-
 parari voluit ad ineundum Sacerdotium, &
 ad rem sacram primo faciendam, quam & in
 templo nostro ea pompa, eaque celebritate de-
 cantauit, quæ tantum virum, tantamque fa-
 miliam decuit. illustris Comes Hieronymus de

bertus natus minimus præclarissima tanti parentis imagines: alterum latus cingebat Senatus domesticus viri primarij nobilissimiq; Cancellarius, Aule Præfectus, & qui Principi est à secretis. remotis alijs arbitris, nostris in Triclinio stantibus, Cancellarius iussu Ducis Patria lingua oneravit præclarissimis laudibus Societatem: contulit cum præterito florentem in præsentia statum Bavarie, acceptumque retulit nostris laboribus pro ea iam inde à temporibus Gulielmi iij suscepti; pergamus certare pro stabilienda auita religione, quam in Bavariam reduximus. eo labores, ingenia, preces conferamus: habituri homines testes, & admiratores in terris, Deum remuneratorem in Cælis. exposuit quantam ex eo Dux voluptatem accipiat, quantum debere se profiteatur ordini nostro, quamque cupiat eius voluntatis aliquam dare significationem. dilapsus ad Templum, quod tam preciosa suppellectile, auro, argentoq; in diuinum cultum locupletauit, ad erectum gymnasium, Collegiũ polliceri propediem assignato ad eam rem in singulos annos certo censu, totum opus absolutum iri: & quinque millium florenorum in Collegij dotem ad scholares in posterum informandos, & alendos. hæc illum nobis vltro largiri omnia, tanquam debita stipendia Castra, armamentaria, delectis Bauri soli militibus. velle nostra esse plenissimo iure, nobis dare, di-

care, addicere his præclarissimis testibus; Deo
 suafore atque auspice. & cupere in primis ut
 cedat in eius maximam gloriam, in summum
 decus, felicitatemque Bauaræ familie, Provin-
 cia, Societatis, Ecclesiæ. Hoc loco Dux diplo-
 ma sua manu, suoque signo confirmatum Re-
 ctori tradidit, tantam præferens hilaritatē,
 ut beneficium non dare, sed accipere videre-
 tur. Rector pro re pauca respondit. secutum
 epulum lautissimum, in quo ad eum dicta est
 luculentissima oratio. Neque Dux eo conten-
 tus, quo tempore augustissimum Sacramen-
 tum festa pompa obire ciuitatem assolet, ad il-
 lud gestandum honorificentius donauit sum-
 ptuosissimam umbellam, & pixidem argen-
 team vndequaque illustratam auro, gemmis,
 emblematis, pondo quantum gestare possit uir
 bene robustus. pes formam calicis imitatur,
 diuinam hostiam in caua illustri que chrystallo
 sustinet auro fusus angelus nixus genu, &
 vtrinque brachia super caput eleuans.

Oetinga vetus non procul ab Oeno flumine
 sita illustris est; atque celebris ob antiquissi-
 mum, & religiosissimum sacellum a Diuo Ru-
 berto Bauarorum Apostolo ante annos prope
 mille trecentos B. Virgini dicatū, in quo pro-
 pter illius loci reuerentiam Reges, atque Im-
 peratores à Deo sunt amplissima beneficia
 consecuti. hoc etiam tēpore eo innumera pro-
 pe multitudo mortalium voti causa confluit.

Laure-

Lauretum in Germania dixeris; magnamque locus præbet opportunitatem iuuandi proximos. id fecit, vt Bauariæ duce poscente, atque suppeditante, quæ necessaria sunt, ibi aliquot è nostris consideant; missi quinque eos colligere fructus, qui expectari poterant ex tam opportuna messe; tam incultum genus hominū ita simplex, & rude; vt non immerito eos tabulas raras quotidianis sermonibus appellemus. Ne minora prætermittere, aut negligere videamur pro dissolueno ære alieno Collegij Oenipontani; Dux idem trecentos florenos, & vini plaustrum assignari iussit.

Calcant tanti parentis vestigia digni tanto parente filij. Maximilianus, vt ostenderet suas esse delitias, vel Societatē, vel pietatem, postrema nocte bacchanalium cœnare in Collegio, longius peregrinaturus comitem habere voluit hominem Societatis.

Porro Ferdinandus Archidux, vt cæteros non minus literis, & meritis, quàm nobilitate superet, Ingolstadij tempore studij renouandi, laturis de cuiusque profectu sententiam ita prompte respondit, vt voluptas interrogantium respondentis alacritas, examen ad integram horā protraxerint: declarata illustrius est adolescentis præstantia, atque palmam omnibus eius non tituli, sed merita præripuerint. Mox publice politicis priuatim Mathematicis nauare cæpit operam. Tum ipse tum
Phi-

Philippus frater in Italiã profecturi sibi e So-
cietate duos adiunxerant. in Templo nostro
publicè sumpserunt Eucharistiam, neque vl-
lum admiserunt comitem, qui non se prius le-
uauerit sarcina peccatorum.

PROVINCIA AVSTRIA.

Nostrorum numerus.



*H*abemus in Austria octo do-
micilia, socios paulo plures tre-
centis. Vienna duos & sexagin-
ta. Græcij sexaginta: in Brunen-
si domo probationis vndequin-
quaginta. Olomucij duo de quadraginta. Pra-
gæ vnum & triginta. Thurocij, & in Transyl-
uania sex supra viginti. Quinque minus Crū-
louiã. Comotouia tredecim. In missione Vra-
tislauiensis quatuor. Illa omnia collegia sunt
Bruna excepta. Vita functi quatuor. Adiun-
cti noui circiter viginti; ex Olomucensibus cō-
gregationibus duo, ex Pragensi Collegio tres,
ex Comotouiensis vnus, ex Crumlouiensis qua-
tuor; inde sex in alias ingressi familias. &
meditatur societatem probata patientiã, at-
que fortitudinis adolescens. quoniam triennio
ante